



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Eucharistia II. quoad obligationem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

EVCHARISTIA II.

Quo ad obligationem.

DE CENS est consuetudo, vt pueri prius vno vel altero anuo incipiant confiteri, quàm communicare. Quod etiam est verum in articulo mortis. Bonum tamen consilium esset tunc communicare, nisi iudicium esset valde puerile. cap. 21. n. 33. 57.

Tenetur quis communicare in Paschate, vel octo dies ante, vel post. Excusatur tamen qui id differt ex licentia Confessarij. Excusatur etiam excommunicatus, interdictus, vel suspensus, dummodò procuret ab solutionem. Qui verò degit in aliqua regione, vbi est consuetudo legitima, & præscripta, vt communicando in quolibet die Quadragesimæ satisfaciatur huic præcepto, sufficit vt conformet se tali consuetudini. num. 45.

Qui non communicauit in Paschate, tenetur postea eodem anno quàm citius possit communicare. Idem dicendum de Confessione semel in anno facienda. ibidem.

Peccat mort. pater, tutor, vel herus, qui notabiliter negligit procurare, vt filij, pupilli,

P

pilli,

illi, vel famuli, domi suæ viuentes non communicent, quando tenentur. Et prædicitur qui aliena cura gubernantur, & eorum monitionem expectant non peccant, donec moneantur, quamuis curam eorum gerentes peccent monendo tardius quam par est. n. 57.

Peccat mort. monachus sancti Benedicti qui non communicat semel in mensis. Idem de Moniali cuiuscumque ordinis. Ibidem. §. 13. In Nouo num. 59.

Potest ob aliquam causam Eucharistia denegari damnatis ad mortem. Aliquando enim expedit, ut non differatur executio sententiae. cap. 25. num. 23. ut dicitur. tit. Iudex.

E V C H A R I S T I A I I I

Quo ad usum & ritum.

A C O N S I L I V M est non communicare statim post confessionem longi temporis. cap. 21. num. 41.

Peccat mortaliter qui communicat credens, vel credere debens, se esse in peccato mortali. cap. 21. num. 46.

Debet autem id credere, qui id ignorat ex ignorantia affectata, imò & crassa: scilicet de illo, qui adhibita diligentia nullius culpæ mortalis conscius est, siue ignorantia sit iuris, siue